

**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non  
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu  
peragi possint

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Reditus ad Sacrificiam.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](#)

**F**initâ Missâ reditur ad Sacrificium. Finitâ vî-  
tâ meâ [ utinam ultimo adhuc die piè cele-  
lebrem ] per virtutem passionis spero me tran-  
situs ad æterna gaudia. Domine JESU, sicut  
Discipulis ascensionem tuam contemplantibus  
dixere Angeli, te itâ rediturum aliquando,  
quemadmodum ascendisti, sicut te per vim infi-  
nitam Sacrificii hujus, quod semper devote  
peragam, deprecor; ut in die illa tremenda ego  
indignissimus Sacerdos inveniam gratiam in  
oculis tuis. Amen.

Adolescentes aliquique edoceri possunt, quo-  
modo audientes Sacrum ad eundem ferè mor-  
dom percurrere possint Passionem, Resurrec-  
tionem & Ascensionem Christi, & etiam juxta  
praxin sequentem se ad devotionem excitare,

## §. 4tus.

## P R A X I S A L T E R A.

Quomodo celebrans ( idem mutatis mutandis ob-  
servare potest Missam audiens ) per mysticam ex-  
plicationem Sacerdotalem vestium requisitorum  
ad Sacrificium Missæ, & variarum ceremoniarum  
à celebrante observandarum ad solidam confe-  
niamque devotionem se excitare possit. Praxis  
totala ab initio usque ad finem contexta est  
per modum orationis triplicis.

ORA.